Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



16

qui capta suo artius adhærent. Qui etiam candorem
lanę habent. quia imitantur simplicitatem & innocen
tiam captiuis sui dicentis. Discite a me quia mitis sum
& humilis corde. Et quibus ipse dicit. Ecce ego mitto
uos. sicut oues in medio luporum. Per niue v. nouitas
designatur resurrectionis. Vnde dns claritatem future
resurrectionis niueo candore expressit coram tribus
discipulis. quando resplenduit facies eius sicut sol.
& uestimenta eius tamquam nix. Hinc est qd testis re-
surrectionis et angelus mulieribus apparens. uestimen
ta alba tamquam nix figuraliter exhibuit. Et oculi
eius uelut flamma ignis. Oculi dni. dona spcs sei sig
nificant. de quibus in hacharia dicit. Super lapidem
unum septem oculi sunt. Et in sequentibus dicit qd ui
dent iohs agnum tamquam occisum. habentem cornua sep
tem. & oculos septem. qui sunt septem spcs di missi in om
nem terram. Et bene flammea dicunt. quia accendunt
nos ad amorem di. & illuminant diuina cognitione.
De hoc igne dns in euangelio ait. Ignem ueni mittere in terram.
Possunt & per oculos angeli intelligi eminentiores. &
spuales uiri in ecclia. apli scilicet. quibus dns dicit.
Vos estis lux mundi. Qui non solum lucent sed etiam ardent.
dum uerba eorum lumen scientiae simul & amoris incen
dium prebent. Possunt etiam per oculos diuina eloquia
intelligi. de quibus scriptum est. Lucerna pedibus meis
uerbum tuum. Et de ioseph. Eloquium dni. inflammauit
eum. & cetera. Et pedes eius similes aurichalco. sicut
in camino ardenti. Pedes dni. stabilitatem aliquando
significant eternitatis. aliquando v humanitatem.